



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 13. Conventus Niceus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Imperatore petere statuerunt, ut Eccle-
 siarum fundi omnibus oneribus publi-
 cis liberarentur; hoc vero Impera-
 tor denegavit, sed tantum Ecclesiarum
 exemptionem a tributis extraordinariis
 salvam esse voluit. Quod autem perti-
 net ad Clericos mercatores, & qui agros
 proprios possiderent, onera etiam extra-
 ordinaria pendere jussit, sicut apparet ex
 epistola, data anno sequenti 360. 30. Ju-
 nii ad Taurum Prætorii Præfectum, illum
 ipsum, qui Concilio adfuerat. At anno
 361. cum esset Antiochiæ, legem priori
 contrariam edidit, omnibusque Clericis
 exemptionem a tributis extraordinariis
 secundo concessit.

§. XIII.

Conventus Niceus.

Inter hæc Delegati, qui erant Andrino-
 poli, in modicum oppidum illius vici-
 niæ, quod tunc Nicam, aut Nicæam, ve-
 teres autem Ustodizo dixerant, inviti de-
 ducuntur, ubi Arianorum perfidia evi-
 cit, ut simpliciores, astu decepti, doctio-
 res metu incusso, fidei formulæ subscri-
 berent, quæ posteriori Sirmiensi similis
 erat, in Concilio Ariminensi rejectæ;
 imo hæc ultima Sirmiensi deterior erat,
 quod diceretur, Filium similem esse Pa-
 tri secundum Scripturas, non addendo,
 per

Sæculum IV.
A. C. 359.*Cod. Theod.
de Episc. &
ibi Gothof.*L. 16. *ibid.**Theod. II.
c. 21. Ath.
ad Afric.
p. 934. ap.
Theod. ib.*

Sæculum IV. per omnia. Vox, substantia, rejicitur,
A. C. 359. a Patrum simplicitate introducta, ad po-

puli scandalum. Expressio unius hypo-
 stasis in Persona Patris, Filii, & Spiritus
 S. prohibetur. Tandem omni hæresi,
 tam antiquæ, quam novæ, huic scripto
 contrariæ anathema dicitur, nempe Do-
 ctrinæ Catholicæ. Omnes, Nicæ præ-
 sentes, manu sua hanc formulam signa-
 runt; quam Ariani simulabant, a Patribus

Soz. IV. Nicææ in Bithynia conditam, ut nominis
c. 19. similitudine simplices fallerent, ideo enim
 hunc locum præ omnibus aliis ad agen-
 dum Conciliabulum pertinaciter sibi de-
 legerant; sed inepta fabula vix paucissi-
 mos fefellerunt. Postquam Concilii
 Ariminensis Legati formulæ subscripse-
 rant, actum concordiae cum Arianis con-
 cinnarunt in hunc modum:

Eusebio, & Hypatio Consulibus, Sexto
ap. Hilar. Idus Octobris, id est, decima Octobris, an-
frag. p. 452. no 359. Episcopi in Concilio sedentes Ni-
cæ, quæ dicebatur antea Ustodizo, in Pro-
vincia Thraciæ, nempe Restitutus, Grego-
rius, Honoratus. Tum & alii nominan-
 tur, numero quatuordecim, aliunde no-
 bis ignoti. A vero non abhorret, decem
 primo missos legatos hic nominari, &
 quatuor reliquos, illos esse, qui secundam
 Concilii Ariminensis epistolam ad Cæsa-
 rem attulerant. His ergo quatuordecim
 nominatim præpositis, hæc leguntur: Re-
 stitu-

stitutus Episcopus Carthaginensis dixit: Sæculum IV.
A. C. 359.
 Novistis, Sancti Confratres mei! quod, cum Arimini tractarem, instigante Diabolo, disputatio Dei Pontificum animos divideret, unde factum, ut ego Restitutus, & pars Episcoporum, me sequentium, sententiam contra Ursacium, Valentem, Germinium, & Gajum tanquam perversæ Doctrinæ auctores pronuntiaverimus, id est, a nostra Communionem excluderimus, at omnibus accuratius examinatis, nihil invenimus, quod cuiquam probari non debeat, nempe fidem eorum esse Catholicam, secundum eorum formulam, cui omnes subscripsimus, eosque nunquam fuisse hæreticos. Itaque cum concordia, & pax maximum bonum sit coram oculis Dei, optimum factu judicavimus, si ea, quæ Arimini acta sunt, communi consensu irritarem, eos sincere in nostram Communionem reciperemus, sicque eis honorem, & famam restitueremus. Cum jam præsentem simus, superest, ut quilibet dicat, num ea, quæ protuli, vera sint, & sua manu subscribat. Omnes Episcopi dixerunt: volumus; & subscripserunt.

§. XIV.

Concilii Ariminensis exitus.

Tunc vero Delegatis libertas facta Arimini revertendi; simul scripsit. 2. p. 427.
 Hist. Eccles. Tom. III. D d d Im-